



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.29. S. Ludgerus Monasterienses.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Sæculum IX. fundatis Ecclesiis, datos sibi obsides, aut
A. C. 804. diuturno bello captos in Monasteria Fran-
 ciæ mittebat. Aliquos jam superior
 memini fundatos in Saxonia Episcopatus,
 nempe Verdensen, & Mindensem anno
 786. Bremensem anno 787. Osnabru-
 gensem anno 788. Paderbornensem an-
 no 795. nunc agendum est de Monaste-
 riensi, cui S. Ludgerus anno octingente-
 simo secundo primus Episcopus præfe-
 ctus est.

§. XXIX.

S. Ludgerus Monasteriensis.

Sup. Lib.
XLIV. §. 19

Boll. 26.
Mart. vit.
per. Altfr.
n. 19. to. 5.
Act. Ben. p.
25. Altfr.
lib. II.

Tac. Germ.
init.

Sanctus Ludgerus a Carolo Rege anno
 septingentesimo octogesimo septimo
 Frisonibus Orientalibus fidem prædicare
 iussus, ferventi zelo pio operi insudavit.
 Cum filium alicujus ex Principibus eo-
 rum nomine Landrycum e Sacro fonte
 levasset, sacris litteris imbutum, postea
 Presbyterum ordinavit, qui deinde lon-
 go tempore Scholæ Frisonum præfuit.
 S. Ludgero apud Frisones prædicanti,
 cum in quemdam vicum advenisset, ob-
 latus est homo cæcus nomine Bernele-
 fus totius viciniae accolis ideo carissimus,
 quod antiqua carmina, in quibus vete-
 rum Regum Victoriæ & facta memorabi-
 lia referebantur, hilariter recitaret. Ha-
 enim cantiones Germanis pro scripta hi-
 storia erant, quæ hæctenus in memoria
 homi-

hominum conservatæ jubente Carolo Imperatore litteris mandatæ fuerunt.

Sæculum IX.

A. C. 804.

Bernelefus a triennio oculis captus adducitur ad S. Ludgerum, qui ei persuasit, ut pœnitentiam, quamcunque ipsi injuncturus esset, reciperet. Tum cum simul equitarent, a via paulisper abducitur, confitentem audit, & pœnitentiam injungit. Mox etiam super oculos ejus signum Crucis format, & manus ejus prehensens interrogat, an quidquam videret. Lætus ille respondet: *Video manum tuam.* Prosequitur S. Ludgerus sermones pios & documenta salutis, tum quærit, an pagum, cui appropinquabant, novisset. Bernelefus illius pagi nomen edicit, & addit, quod jam omnes arbores & domos cerneret. S. Ludgerus petit, ut juramento sibi promitteret, nemini, quoad viveret, manifestaturum, quis sibi visum restituisset; & Bernelefus, ut Viro Sancto obsequeretur, adhuc dum per dies aliquot cœcitatem simulavit.

Egin. vit.

c. 8. n. 34.

Interim duo Viri nobiles in Frisia persecutione contra Fideles excitata, Ecclesias incenderunt, & Clericos ejecerunt. Tunc vero S. Ludgerus non ignarus, quam carus popularibus suis Bernelefus esset, mandavit, ut domos intraret, & ex Matrum consensu infantes moribundos baptizaret. Aquam simpliciter be-

S. Ludgerus.

Ss 4

nedi-

Sæculum IX. nediceret, eisque aspergeret, vel immergeret. A. C. 804. Cum hoc ritu octodecim baptizasset, mortui sunt, exceptis duobus, quibus exinde S. Ludgerus Sancto Chrismate Confirmationem contulit. Hic notandum, quod Laicus mittatur ad baptizandum, & Baptismus conferatur per asperionem, cujus ritus ad hæc usque tempora raro occurrunt exempla. Ad illud quoque attendo, quod hi infantes, licet morituri, non nisi ex consensu Matrum baptizentur. Persecutione post unius anni spatium cessante, rediit cum suis S. Ludgerus & Fidem, ut antea, prædicavit. Sub idem tempus Monasterio S. Salvatoris Verthinensi seu Verdensi, Diœcesis Colonienfis, in fundo maritimo sui patrimonii fundato, Monachos Benedictinos immisit, quibus ipse præfuit. Id anno septingentesimo nonagesimo quinto factum creditur.

§. XXX.

Episcopatus Monasteriensis.

Saxonibus ad Fidem conversis, S. Ludgerus a Rege Carolo in quadam Westphaliæ Regione, cujus locus præcipuus *Mimigerneford* dicebatur, Pastor constitutus, ibidem ædificavit Monasterium Canoniorum, quod, sive Canonici soli fuerint, sive Monachis permixti, illi loco nomen Münster peperit. Ex hoc loco